

18. Iste ~~l~~ alio iudeis in heretis. In me
constrone ~~l~~ ergo ut ap̄i est. ~~l~~ Et p̄ me ~~l~~ qm̄ sum
Iustus nomine participio corporis domini. ~~l~~ qm̄ viuis pars et vni corporis multi sumus
omnes qui ex uno pane et ex uno calice patia-
pum. ~~l~~ Unde isti ~~l~~ secundū nomine. ~~l~~ In me q̄
eius hostias participes simus. ~~l~~ Quodq;
dicit. ~~l~~ q̄ vestis predicationis sit in aliis aut q̄
pedili sit aliquis. ~~l~~ q̄ venire a generatione
demonis primi. ~~l~~ Quoniam ~~l~~ Redierunt
nos fratres fieri demoniorum. ~~l~~ Imperialis inter
domini filii ac ~~l~~ miles demoniorum. ~~l~~ Per re-
fusus mensis domini participes. ~~l~~ Tunc
demoniz. ~~l~~ In mulam domini. ~~l~~ Tunc
fortiores illi sumus. ~~l~~ Domini misericordia salvus
omnis erubuit. ~~l~~ Omnia in lucis fr̄co euangelis
erunt. ~~l~~ Iene qd̄ sumus quies. ~~l~~ qd̄ natus
Domine qd̄ in via calix senti momentaneo. in
tibi mitigatis appetit consueta. ~~l~~ Sunt et
terram plorantibus eis. ~~l~~ Omnes qui vocat vos
infideli. ad eum et nullis re. omnes qd̄ rebis

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Xd. 28,

Institutionum Anatomicarum
DISPUTATIO VIII.

De

Genitalibus, tam in Viris,
quam Fœminis procreationifa-
mylantibus.

Quam,

D. O. M. A.
SVB PRÆSIDIO

TOBIÆ KNOBLOCH'II,
Marcobrettani Fr.; Med. & Phil.D.

In celeberrima Witebergenſum Academia
defendendam ſuscipiet

Simon Hafe Regiomon-
te Borussus.

Ad diem 26. Septemb. horis & loco notis.

VVITEBERG AE,

Typis Cratonianis per Iohan. Gorman.
Anno cI9 I5 C VII.

I. H. L. G. A. M. A. S. A. C. T. U. M. A. T. I. O. A. N. E.
D. I. S. P. H. T. A. T. I. O. A. N. E.

D. 39

G. E. D. I. C. S. J. I. L. I. S. S. E. S. W. I. S. V. I. I. S.

U. R. M. T. C. M. U. I. S. P. R. O. C. E. S. I. O. N. U. I. S.

U. R. M. T. C. M. U. I. S. P. R. O. C. E. S. I. O. N. U. I. S.

D. 39

D. O. M. A.

S. A. D. R. M. D. I. O.

T. O. D. I. E. K. N. O. B. L. O. C. H. II.

M. A. C. O. P. O. C. H. I. I. E. I. I. G. I. A. R. S. E. P. H. I. D.

M. A. C. O. P. O. C. H. I. I. E. I. I. G. I. A. R. S. E. P. H. I. D.

G. E. D. I. C. S. J. I. L. I. S. S. E. S. W. I. S. V. I. I. S.

G. E. D. I. C. S. J. I. L. I. S. S. E. S. W. I. S. V. I. I. S.

G. E. D. I. C. S. J. I. L. I. S. S. E. S. W. I. S. V. I. I. S.

G. E. D. I. C. S. J. I. L. I. S. S. E. S. W. I. S. V. I. I. S.

G. E. D. I. C. S. J. I. L. I. S. S. E. S. W. I. S. V. I. I. S.

G. E. D. I. C. S. J. I. L. I. S. S. E. S. W. I. S. V. I. I. S.

G. E. D. I. C. S. J. I. L. I. S. S. E. S. W. I. S. V. I. I. S.

G. E. D. I. C. S. J. I. L. I. S. S. E. S. W. I. S. V. I. I. S.

G. E. D. I. C. S. J. I. L. I. S. S. E. S. W. I. S. V. I. I. S.

G. E. D. I. C. S. J. I. L. I. S. S. E. S. W. I. S. V. I. I. S.

G. E. D. I. C. S. J. I. L. I. S. S. E. S. W. I. S. V. I. I. S.

G. E. D. I. C. S. J. I. L. I. S. S. E. S. W. I. S. V. I. I. S.

G. E. D. I. C. S. J. I. L. I. S. S. E. S. W. I. S. V. I. I. S.

G. E. D. I. C. S. J. I. L. I. S. S. E. S. W. I. S. V. I. I. S.

G. E. D. I. C. S. J. I. L. I. S. S. E. S. W. I. S. V. I. I. S.

G. E. D. I. C. S. J. I. L. I. S. S. E. S. W. I. S. V. I. I. S.

G. E. D. I. C. S. J. I. L. I. S. S. E. S. W. I. S. V. I. I. S.

G. E. D. I. C. S. J. I. L. I. S. S. E. S. W. I. S. V. I. I. S.

G. E. D. I. C. S. J. I. L. I. S. S. E. S. W. I. S. V. I. I. S.

G. E. D. I. C. S. J. I. L. I. S. S. E. S. W. I. S. V. I. I. S.

G. E. D. I. C. S. J. I. L. I. S. S. E. S. W. I. S. V. I. I. S.

G. E. D. I. C. S. J. I. L. I. S. S. E. S. W. I. S. V. I. I. S.

G. E. D. I. C. S. J. I. L. I. S. S. E. S. W. I. S. V. I. I. S.

G. E. D. I. C. S. J. I. L. I. S. S. E. S. W. I. S. V. I. I. S.



DISPUTATIO VIII.

DE GENITALIBUS.

Sicut contentarum partium insimilium ventris κυλώσεων κυρώσιον inservientium naturas atque proprietates consideravimus: Restant partes procreationi dicatae; quae sane uti magna & sacra corporis vasa sunt ac appellantur; ita etiam sobriè ac piè mens secum de his cogitare debet, quippe quæ non illecebrae ad animi libidines & voluptates concipiendas quam potius noticieæ sui corporis melioris causa suscipiantur, propoñantur, atq; diventilentur; quæ etiam sine dubio in conservandis speciebus hominum ideo à Deo data; atq; concessa sunt, nostram ut inde originem eò melius intelligere, miseriā humanæ vitæ accuratiū nobiscū considerare, atq; naturæ fragilitatem penitiū introspicere, & internoscere discamus. Partes eiusmodi duplices statuuntur, virorum & fœminarum, de virilibus generationis membris primo: De fœmineis verò secundo disputabimus loco. In-

strumenta autem generationi inservientia sunt varia: alia materiam semenis præparant, ut vasa spermatica; alia elaborant, ut parastatae; alia vim prolificam tribuunt, ut testes; alia semen prolificum deferunt in propria conceptacula, ut vasa deferentia: alia semen veluti promptuaria recipiunt & in tempus coitionis conservant, ut prostatae; aliud in uterum semē effundit, ut penis: ex quibus si unū defuerit omnis procreandi vis concidit, cum hæc tota in omnibus illis simul existentibus, ac inculpatis posita esse videatur. De quibus omnibus sigillatim ac leorsim nunc agendum est.

C A P: I.

De Virorum Genitalibus, ac
primum de vasis semen præparan-
tibus.

1. Inter vasa semen preparantia græcis ἀργεῖα κατεχου-
να. Επαγγελματικὰ dicta, primo se offerunt due venæ, que deor-
sum per ilia curvo ductu ad testes sanguinem deferunt. Dextra
ab ipsis cavae non latere sed medio ferè sub ea, que hac parte in
renes tendit, oritur. Sinistra vero ex ea, que ad renes fertur, proce-
dit enim ab emulgente cui nonnunquam ramulus à cava commi-
scetur, & cum hoc una pergit. Cum autem sinistra ab emulgente
non à truncō oriatur, id nemini quam mira nature providentie
adscribendum putamus.

Hæ

Hæ venæ peritoneo incumbentes & alligatæ una cum arteriis abdominis cavitatem egrediuntur, & ad Epididymida & testem feruntur. Antequam vero eò perveniant illa quæ discreta erant uniuntur, & mira ciascopiæ implicatione in varicosum corpus degenerant, quod plexum retiforme nominant.

Huius usus est preparare sêmen, ne libido vehemens & crebra incitetur, ne (ut Plato ait) ἀπυστός esset νοήσις, αφίλοτος esset,

Ultimæ arteria et totidem adsunt spiritum & calorem vehentes ut semen perfectius elaboretur & concoquatur. Gal. 14. de usu part. 12. & 13. Laur. lib. 7. Bauh. lib. 1. c. 25. Arist. 3. de hist. i.

C A P. II.

De partibus semen exco- quentibus, Epididymide quippe.

1. Preparantia vasorum excoquentia sunt Epididymis & testes. Gal. 14. us. part. 17. 13. & 14. 1. Sem. 15. & 16.

Epididymis est superior pars seu caput testiculi inter vas spermaticum & testiculum, non situ modo, sed totius substantie generi media: Tanto enim spermatico vase mollior & carnosior est, quanto testiculo durior & nervosior.

2. Quare huius interventu testiculi spermaticis conæctuntur; Imo initium & radix horum est Epididymis, ex toto testiculo semen ad se alliciens sicuti ex ea in vas seminale, deferens traicitur.

3. Huic Epididymidi arteriae & venæ anfractuosis circumvolutionibus adhærescent ac exiguum quandam ex se propaginem ei transmittunt priusquam testiculum ingrediantur, in quem ex illa complures fistule serosi humoris plena feruntur.

A 3

4. Uſus



4. Usus horum vasorum non alius, quam ille, quem ventriculo & oesophagus, vena Mesaraica hepatis prabent, quibus materia em sibi idoneam alliciunt.

De Testibus.

Testes sunt glandulosa, alba, lactea, & oblonga corpora, in quibus semen potissimum ad speciei conservationem generatur.

1. Testes Graecis ὄρχεις, nobis testiculi dicuntur ab ὄρχαις: οἱ ὄρχαι. Autem est dux populi quasi animantes testiculos habentes sint duces seu ductores totius gregis. Deinde testes dicuntur quia testificantur mortem & salutem virorum agrotantium. Nam laxati & oblongati virum decubentem enervatum & moribundum indicant. Contracti vero & in angustum adducti, virum servatum iri testificantur.

2. Substantia testiculorum est glandulosa, alba, mollis, cava, in qua semen excoquitur & perficitur. Pluribus tunicis seu involucris teguntur, testes, de quarum numero inter Anatomicos variae sunt sententiae. Gal. in l. de diss. uteri cap. 3. tres agnoscit, inquiens horum (sc. testium muliebrium) uterq. propria membra na qualis est in maribus, quam daq[ue]n, hoc est, excoriablem vocant, contegitur, elytroides verò id est, vaginali, ac scroto seminarium testes carent. Vesal. 4. Fall. modo tres, modo quatuor. Columb. 3. proprias ponit, & duas communes. Archangelus tripliciter distinguit testiculorum tunicas, ita ut aliae sint communes testibus cum toto corpore, qua constiunt scrotum, aliae communes testibus cum ductibus seminarijs sunt, ut illae dua, quarum unam Columbus a muscularum tendinibus alteram à peritoneo deducit, alia propria ipsorum testium. Nos quatuor cum Laur. statuimus. Prima ὄρχεο communis est, & scrotum dicitur, quod coriaceo fasciolo sit simile, molle, & rugosum, nihil pinguedinis habens, ut facile extendi possit.

3. Altera

3. Altera vocatur *dægns* quod facile ab alijs separetur,
dicta, vel à dægre, cubando, quia in ea testes quasi cubare viden-
tur, ut Arist. putat. Tunicae propriae duplices sunt, una exterior,
altera interior. Exterior dægns connascitur & elutæoëns vagi-
nalis ob vagina & volucris similitudinem dicitur.

4. Interior albucinea & tridivisa dicta ab Anatomicis,
in primis Vesalio, que proximè testiculorum corpus cingit; Hanc
à peritonæo ortum habere nonnulli afferunt. Archangelo lœt. 2.
lib. 3. à meningibus nervos in testes propagatos involventibus
quod non incredibile, quia hac membrana sensus maximè compos.
Usus huius membrana est testiculorum laxam carnem fulcire, ac
veluti astringere ne sponte laxior facta inutilis fiat.

5. Habent & testes suos musculos qui cremasteres dicun-
tur, id est, suspensores, ne suo pondere vasa seminaria eorumq; an-
fractus extendant.

6. De usu testiculorum, Aristoteles & Medici varie di-
spitant: Aristot. lib. 1. de gen. anim. c. 2. sic ait. testes aut genera-
tionis, aut melioris usus gratia conditi sunt. Et concludit melioris
gratia usus conditos esse, ut tanquam pondera vasis seminarij appen-
sa, eorum reduplicationem deorsum factam conservent, ne ob
laxitatem aut mutuò implicantur, aut sursum retrahantur, atq;
ita seminis cum generatio, tum per virgam emissio impediatur non
aliter atq; textores lapillos aliave pondera tela appendunt né filo-
rum aliqua fiat implexio & confusio. Quod vero ad genera-
tionem animalium testes nihil conferant, ostendit Aristoteles se-
quentे modo, quis inquit quedam animalia his destituuntur, ut
serpentes & pisces, que animalia nihilominus vim gignendi pro-
lem obtinent, à vasis seminarij suppeditatam. Quibus etiam ex-
secti sunt testes tamdiu generandi facultatem retinere ait, donec
vasa seminaria sursum retrahantur, ut de taurō quodam castrato
ibi refert.

7. Sed

7. Sed adversus hanc est disputant Medici, qui testibus
vix generandi semen tribuunt, cuius preparatio quædam sit in
vasis seminarijs, sicut glandulosum corpus cervici vesicæ anna-
tum, in quo vasa deferentia semen, inseruntur, qua ad seminis
perfectionem aliquid conducere arbitrantur. Nullum etiam perfe-
ctum animal sine testibus gignere statuunt Medici & quorum te-
stes scyrrho laborant, ij omnes infæcundi redduntur. Quod at-
tingit verò insectorum & piscium generandis ratione, hæc imperfe-
ctior est, ut pote quæ extra ipsorum corpora sit, & non nisi longin-
quitate temporis ad finem perducitur. Quibus ergo exsecti sunt
testes, ijs omnis generandi facultas adempta est, etiam si vasa semi-
naria tradidimus & deferentia semen relinquuntur.

8. Horum etiam corpus fit frigidius & virilis animus ro-
burq; omne masculum extinguitur, unde eiusmodi homines glabri
& sine pilis apparent: Venas habent parvas & depresso, libidine
ferè nulla stimulantur, vox etiam fit exilior ob organorum huic
inservientium à frigore constructionem.

9. Universa deniq; animalium castratorum constitutio
ita immutatur, ut horum carnes palatosint gratissime, cum inte-
grorum; id est, non castratorum caro, viroso quodam odore & sapore
à testibus propagato fiat nonnihil insuavis.

10. Sicuti ergo fons sanguinis est Epar. vita & caloris cor,
sensus & motus cerebrum: ita semini origo est à testibus, imo non
hoc solum sed robur etiam quoddam animi & corporis, qua de cau-
sa inter partes corporis principes, à Medicis testes recensentur, quod
ānās negare non possumus, ut ex Avenzoar. docet Cælius
Rhod.lib.4.test.antiq.c.7. his verbis, ambo testes inter præci-
pua recensendi membra sunt, magna eorum virtus, nec occul-
ta, etenim prætenuem in Eunicho vocem audimus, malos
agnoscimus mores. Sunt porrò imberbes, rationis item pessi-
mæ. Sed curnam è portione resepti hebetatur calor? An
quia seminaria superfluitas retinetur? an quia non sit tanta

Spiri-

Spirituū generatio, ut prius, deficiente jam fine, ob quem generabantur congregabanturq; ad testiculos? an etiam absentia genitalis spiritus effectu ad generationem concurrentis? verum recalescunt item membra ob testes quodam calorū repercuſſu: argumento id esse ajunt, animalia non reſecta pluribus motibus moveri: motus autem calorem excitat & auget, quem heſescere cogat quies. Hæc ille.

11. Quod de tauro caſtrato referunt fabulae ſunt & nemo mihi perſuadebit vaccas tauris caſtratis admiffas concipere poſſe, quia peniſ ablati hiſce non bene erigitur & extenditur qualem extensionem perfectius & fecundus coitus neceſſariō requirit. Deinde licet in vasis ſemen retinentibus eſſet poſt Eunuchifum ali- quid ſeminis: Tamen in coitu ejaculatio ſeminis ſine teſtibus ob defectum caloris teſticularum, ſummam expultrici facultatis & peniſ debilitatem planè debiliſ eſt & ad conceptionem inutilis.

12. Statuimus itaq; cum Galen. lib. 1. de ſemi. c. 15. Auic. lib. 15. de anim. c. 1. & lib. 3. ſem. 20. traſ. 1. Conciliato. diſſ. 35. Vesal. lib. 5. c. 13. Laurentio l. 7. ana. q. 3. Columb. lib. 11. C. 14. teſtes primario ad ſeminis elaborationem facere coitumque perfectum & fœcundum ſine teſtibus fieri non poſſe.

De Vasis deferentibus, & de partibus aſſervantibus ſemen.

1. Vasa deniq; preparantia, que Epididymidi adhaerent, deſtinunt in meatum ſpermaticum longiſſimum utriq; unum, qui genituram ex ſuperiori teſtium parte tranſumit & ad pudendi originem effert varicosum proceſſum juxta vesicę collum unde Graci mægatas nupcioeides nominant, Laurent. docet è Neotericis primum Rondeletium, & poſt cum Fallopium hunc proceſſum deſcripſiſſe. Idem Fallopius vult in hiſ ſemen multis mensibus coacervari: & inquit, ſe primum hoc reperiſſe in gliribus & ſimijs, id eſt, animalibus currentibus, ut quando uellent coire, haberent

in promptu semen: Vesal & Columbus harum vesicularum sive
huius processus non meminere nisi glandosum corpus intellexerint,
in quo gyri & obvolutiones sunt, putat Ves. Fall. deceptum, & elu-
sum fuisse. Platerus vesicas semen suscipientes vocat. Laur. ex his
vesicularis semen veluti per helices sensim ad vesica cervicē sicut lac
ex mammis exprimi scribit. Var. 1. 4. c. 1. ait sub testibus minoribus
duas vesicas, sicuti Cystim sub epate locari, quæ semen perfectum
resudatione colligant, & inde sicut lotium ē vesica emitti, si enim
alteros testes digitis comprimas, absq; vesicularum compressione
nihil exire: si vero vesica premantur, illuc semen velui i lac ex
mamma ad fistulam virgæ exprimi.

2. Hi meatus utring, singuli, quā vasa commemorata de-
scenderunt eādem per peritoneum membranā involuti tendunt,
inde rursus non amplius extra pubis ossa, verum penitus subterq;
ipsa in declive inter duo corpora glandulosa porrigitur, quæ à dñ-
voideis & cōsiderat nominant, ubi sinistram & dexter in unum coeunt,
cum ipso urina meatu. Et hæc semen elaboratum & ad se à vari-
cofo delatum in tempus eiaculationis usq; idoneum conservantia
sunt. Nam corpora utraq; parte colli vesica sunt locata, in quibus
humor quidam spermatis similis, verum tenuior continetur, qui
coitus repente ac simul unā cum semine elabitur. Utilitates verò
sunt excitare ad coitum inq; hoc delectare, meatum urina-
rium humectare, & prohibere, quo minus perse urina ac semene
facile ferantur. Galen. 14. Vs. part. 13. 1. de sem. 15. 16.

De Pene.

SEmine igitur ita elaborato & asservato, turgente vel qualita-
te pruriante, exitus fit per canalem, qui vocatur instrumentum
eiaculatorium vel mentula, virga, coles, græcè καυλός vel penis,
qui viro proprium est.

Est q;

1. Est q. penis corpus, in mari bus pendulum, ob longum undiquag.
fistulo sum ad semen excernendum ap iissimum.

2. Ex ossibus autem pubis superioribus presertim enascitur non
aliter quam alia ligamenta, tum propter substantiam, tum quia ad
ipsum actionem sicerat melius, ut rectum ac stabile totum pudendum
servaretur à corpore stabi li exortum.

3. Et certè non ulla substantia in corpore huic simili. Oportet
enim hoc corpus modo laxum modo tensum humidum fieri, ut per id
semen in loculos muliebres ejici possit. Spogiosa itaq. facta est, ut ab
incalcentे spiritu inflari, & turgescere possit. Hic autem spiritus
partim ab arterijs, partim in hoc corpore ingenit⁹ existere creditur.

4. In parte penis inferiore meatus est, qui & urinæ, & semini co-
munis. Non v. offēn quid est, veluti in vulpe, lupo, cane, &c. alias n.
semper erectū prominaret, nec nervea pars, sed carno sa, cui ex utraq;
parte adhaerent musculi, ut meat⁹ ceu manib⁹ tractus ul tro citroq;
dilatetur, ita ut rigidum, & inflexible totum maneat pudendum.

5. Musculturum quatuor sunt, duo laterales magnam pe-
nis partem componentes ab interno ischij tubere prodeunt, moxq;
ab ortu dilatantur sed gracilescunt. 2. Duo inferiores à musculo
anteriori, ductumq; urinarium comitantur, per peritonai lon-
gitudinem quo usq; penem subeant. adeò verò hi duo musculi arctè
coharent, ut unum videantur, forma triangulare. Hi musculi me-
atum urina & semini communem, coitus tempore diducunt, &
dilatant, ut semen uno impetu in agrum naturæ excernatur, quin &
codem illo tempore rigidum sic penem continent, ut in neutram
partem inclinet.

6. Extrinsecus, par & venarum, & arteriarū in penem ex va-
sis per crura distributis descendit nec non exigui nervorum surculi,
quos sacra medulla suppeditat, nutritionis caloris, & sensus causa.

7. Summitas penis pars carno sa Cálavos græcè latiniq; Glás dici-
tur, q; corona modo circulo cingitur & mollis est, ne uterū lœdat, acu-
ta aliquo modo, ut uteri orificio se meli⁹ accommodet; exquisiti sen-

sus, est pruritus causa, ut fiat seminis ejaculatio commodior. Praeputio donatur, & quo tegi & retegi possit. Membrana, vel vinculo freno appellata, in inferiore parte cum summa glande ligatur, quod & seminis profusionem causat, dum per canalem, motum (ut vult Bauhinus) & calorem prostratis semen continentibus communicat, sapè enim libidine-turgente levissima eius perfrictione semen effunditur. In medio glandis foramen est ad excretionem seminis & urinæ, quod quibusdam Urethra ab usu nuncupatur. Usus penis est semen in uterus effundere, & urina excretioni inservire.

De Accidentibus genitalium Virorum.

De Testibus.

1. *Situs horum satis patet.*
2. *Forma ovalis, magnitudo in omnibus individuis non eadem, sinistram tamen plerumq; grandior dextra.*
3. *Colore alblicant, id q; magis interiore parte.*

Quibus vero semen & testes flavescent vitio aliquo te-
nentur. Quod attinet ad testium temperamentum, licet in eo dis-
dissentiant autores, videatur tamen esse humidum & calidum, non ex
infliente tantum sed ex innotata temperatura, quam ex elementis
*contrariis. Interim sciendum omnes testes non esse semper eius-
dem temperamenti, sed sapissimè nonnullos respectu aliorum frigi-
dos esse. Ideoq; quibus testes sunt calidiores prompti sunt ad vene-
rem, pudenda & vicina loca valde pilosa gerunt, testesq; præ-
terea crassiores & solidiores habent. Quibus contra frigent, tardi
sunt hi ad venerem, nec multam generant protem, eamq; fæmine-
am potius quam masculam, glabriùs ferè sunt pudendis, & testibus
parvis molibus & compressis.*

De

De Pene.

1. Penis situs nulli non cognitus est, sedem enim invenit ad radices ossis pubis, ad coitionis commoditatem anterius ipsius medio adhaerens, & extra corpus pendens.

2. Figura huius oblonga rotunda intus mediocri ductu excavata.

3. Magnitudo tanta, quantam uterus requirit, non autem omnium individuorum eadem est magnitudo, cum alter altero sit longè mentulatior, ut experientia testatur.

4. Temperamento est frigido & sicco, ut ex constructione huius sati sparet, &c.

Figura hæc

Ventrem inferiorem à membranis intestinis, & ventriculo inanitum exhibet, & pleraq; vasa huius ventris proponit.

A. A. Septi transversi portio peritonæo succincta atq; una cum costis aliquot sursum reflexa.

B. B. Cava jecoris sedes.


C. Iecoris ligamentum.

D. D. Vena umbilicalis.

E. F. Sinus jecoris E, stomacho F. cedens.

G. G. Lineæ, impressiones, tuberaq; in jecoris ca- vo ubi partem venam promit conspicua.

H. Biliæ vesicula.



B 3

H. Biliæ

- I. Porta Caudex hic abscissus. Sed, l. quoq; duas indicat venu-
 las bilis vesicula exporretas.
 K. Iecoris nervus ab illis propagatus, qui elatiōri ventriculi im-
 plicantur orificio.
 L. Arteria
 M. Nervus } Iecori & bilis vesicula communis.
 N. Meatus bilis vesicula hic ab truncatus visitur, qui ad inse-
 stina pertinet.
 O. Lienis anterior & cava regio.
 P. Lienis linea cui vasa ipsius implantantur.
 Q. Vena cava.
 R. Arteria magna.
 S. Arteria qua venam portae sequuntur abscisse.
 T. Dexter Ren.
 V. Sinister Ren.
 X. T. Tunicam utring Venis, accedens venas.
 a. b. Vasa emulgentia utriusq; renis.
 c. c. d. d. Ureteres ab utroq; rene ad vesicam ducti.
 e. f. Seminales venae utring ad testem tensa.
 g. g. Peritoneo derivati surculi à dictis venis.
 h. i. Seminales arteriae testes utring petentes.
 k. Mesenterij humiliora petens arteria.
 l. Bipartitio vasorum maiorum juxta os sacrum.
 m. m. Præcipue vena & arterie carū que geniculatim à magnis
 vasis lumborum carnibus ipsijs peritoneo offeruntur.
 n. Arteria magna siboles sacri ossis foramina accidentes.
 o. p. Recti intestini pars o. & vesica. p.
 q. Vasis deferentis hic reflexi portio.
 r. Cutis qua penem investiebat.
 s. Scrotum.
 t. Membrana carnosata testibus obducta.
 u. Tunica teste cum ipsius vasis involvens.
 x. Denudata penis portio.

Hac

Hæc Figura Ventrem inferiorem cum osse pubis diducto,
quo vasa generationi inservientia claritus
conspiciantur, proponit.

- A. A. Peritonai & septi pars
cum costis disruptis.
- B. Præcipuum jecoris ligamentum.
- C. C. Iecoris gibba.
- D. Cava jecoris sedes.
- E. Ligamentum jecoris sinistrum.
- F. Porta vena cum multis
vasis abscessis.
- G. Cave vene truncus.
- H. Truncus arteria magna.
- I. Vena adiposa.
- K. Radices arteriarum inter-
stis exporrectarum.
- M. Vena & arteria emulgentes.
- N. O. Vasa spermatica.
- P. P. Tunica ab utrisq. reni-
bus divulsa.
- Q. Q. Renes.
- R. S. T. T. Vena spermatica sini-
stra, & venarum cum arte-
rijs connexio.
- V. Arterie spermatica.
- X. X. Vasa ejaculatoria.
- T. T. Ureteres utring. à renibus ad vesicam ducti.
- 1. Vesica urinaria.
- 2. Prostatæ, in collo vesice sitæ.
- 3. Musculus sphincter.
- 4. Vena pudenda.
- 5. s. Ligamenta cava penis.



6. 7. Due

6. 7. *Duae testium tunice.*
 8. 9. *Parastatae.*
 9. *Quomodo extant vasa ejaculatoria.*
 10. *Parastatae testibus herentes.*

C A P. II.

De Muliebribus partibus generationi inservientibus.

HAec tenus viriles partes generationi inservientes examinavimus, nunc sequuntur muliebres, quarum aliae seminis materiam à toto deferunt, ut vasa spermatica, vel semen elaborant, ut corpus varicosum & testes, vel semen ejaculantur, ut vasa ejaculatoria, vel semen tamen virile quam muliebre, recipiunt pro fœtui generatione, ut uterus: de quibus omnibus nunc paucis agemus.

C A P. I.

De Vasis Spermaticis præparantibus.

VASA spermatica seminis materiam à toto deferentia & præparantia quatuor sunt 1. Vena dux: Venarum dextra à truncu descendente cava; Sinistra ab emulgente ortum dicit: 2. Dux arteria. 1. à truncu magno sub emulgente prope os sacrum, quæ spiritum deferunt exoriuntur. Horum vasorum in sexu femineo idem est ortus cum viris, nisi quod oblique vasa perilia ad testes juxta latera magis ferantur membranis pinguidioribus involuta, magis fluxuosa & breviora, quæ non integræ testiculis inseruntur, verum ubi jam hos proprius accesserint in duos finduntur ramos, quorum unus totum vulva corpus intercurrit per membranam pingue mēd delatus, alter anfractuosus testi annascitur, ubi arteria

via & vena in meatum semen deferentem cessant, qui laxis quibusdam per pinguedinem anfractibus in matricis apices ingrediatur, ut pars uteri elatior & factus etiam in utero sanguine laudabili nutriatur, per quae vasa menstrui etiam portio in non gravidis mulieribus expurgatur. Ast in virus tota in Epididymidas absimitur.

CAP. II. De Testibus.

TESTES quid sunt, supra diximus, & his etiam mulieres non carere extra controversiam est. Uteri enim fundo ab uirag^e parte ex mediocri intervallo sunt appositi, ad quos vasa seminaria, ut in viris demittuntur, genitumq^e in testiculis semen per deferentia vasa gyris quibusdam intorta in fundū uteri derivatur. Substantia tamen structura, & accidentibus quibusdam, à marium testibus differunt, ut figura, situ, magnitudine, temperamento. 1. Substantia differunt, quia humidiores. 2. Structura, quia unicā habet tunicam, non quatuor ut virorum testes. 3. Figura quia non rotundi, sed lati & depresso sunt, superficie externa in equali, ac si plures exiguae glandulae jungerentur. 4. Situ, quia in lumboru[m] musculis insident, & non propendunt ut in viris, sed abdomini includuntur & quidē ideo, ut essent calidores & magis fæcundi. 5. Magnitudine quia minores. 6. Temperamento quia frigidiores, unde feminaru[m] semen humidius & aquosus est, fortassis hunc in finem (ut putant Anatomi) ut ex illo tenuiori tanquam ex aqua & masculo crassiori tanq[ue] ex farina fiat veluti decens pasta in utero fermentanda ad prole suscipienda, quod certè non incredibile. Tertiū usus est semen fæcundum reddere, ut Gal. 14. us. part. II. docet, & licet sint non nulli, qui negare mulieres semen habere audent; Tamen experientia testatur in dissectione testium muliebrium apparere humorem album, id est, semen. Fallopius dicit se tantum in vasis exportantibus

tibus invenisse semen. Sed quaritur, an semen muliebre habeat rationem causæ efficientis vel materiae: Aristot. inquit tantum, habere rationem materiae, Gal. autem dicit in utroq; semine esse utrumq; principium, id est, vim agendi & patiendi. Quia fetus inquit etiam sepe matri similis est & non patri tantum: sed omne agens agit assimilando sibi. Obiect rursus Arist. Gal. si semē muliebre habet vim agendi, tunc fœmina potest sola gignere per se. R. Gal. etiam si semen Muliebre habeat in se actionem, tamen acquirit actū perfectiorem à semine virili. Nā quemadmodū calor implantatus non agit solus nisi juvetur à calore influente ita oportet ut conjugantur ista duo semina viri & mulieris, nō tantū ut materia sed & ut agens, potior tamen vis in agendo est in semine virili.

C A P. III.

De Vasis semen deferentibus

seu ejaculatorijs.

1. *Vasa semen deferentia, alij; ut Laur. & à Castro.* à preparantibus; alij ut Pineus à testibus oriri volunt, nervea, candida, per uteri ligamentum feruntur circa testes, lata, ampla & membranosa sunt intra testes & uterum, magis flexuosa & rugosa, quam in viris quia in viris via vasorum satis longa, in fœminis vero brevior est. Ut autem via brevitas compensaretur natura in fœminis vasa deferentia pluribus gyris & anfractibus ornavit.

2. *Hæc vasa circa testes ampla sunt, dum ab ijs secedunt angustiora redduntur, & ad uteri latera feruntur. Utrinq; dividuntur in duas partes: prima pars superior in lateris cornu medium implantatur, per quod semen in coitu in non gravida in uteri capacitatatem effunditur, pars ad cervicem uteri fertur, ubi gravide mulieres semen in coitu per hanc viam effundunt.* Hip. 5. aph. §1. Gale. 14. usu part. 3. 15. usu par. 7. & de cisse & vul. 7.

Le

De Utero.

Uterus dicitur ab utre, quia cavus est & uteri modo, factum continens, impleatur, & distendatur. Hipp. yon Gal. l. de uter part. modo unica modo uter dicuntur: vel secundum alios rotus uterus uter appellatur. unica vero ipsa cavitas.

Est itaq; uterus veluti campus, & hortus feracissimus excipiendo virili & muliebri feminini ad sibi propagatione comparatus.

1. Substantia huius membranea est, ut claudi & dilatari & cogi possit, unde fibris seu filiis praedita est rectis & obliquis.

2. Constat etiam duabus tunicis, tot venis, totidemq; artérijs. Tunicarum una communis à peritoneo oritur: altera de essentia uteri tunica, crassitie, & secundum atatem & conceptum variat. Aetate prima exigua & tenuis est, ei qua uterum gessit crassior: qua sepe crassissima. Venarum una à spermatico, altera ab Hypogastrico ramo derivatur, illa minor & descendit; Hæc amplior & ascendit; harum venarum surculi coeunt, & communionem quandam habent, ut in gravidis, vel quibus fluunt aut fluxuri sunt menses appareat. Surculi spermatici rami, substantiam uteri irrigant; Hypogastricorum vero ramorum quidam ad internam uteri tunicam & cervicis faciem descendunt, quorum oscula e rotundovis seu acetabula nominantur, per quæ fetus in utero nutritur: quidam in externam uteri cervicem proferuntur per quos gravidus & virginibus menstruum aliquantum erumpit.

3. Arterias quoq; utring; duas habet spermaticam sc. & hypogastricum que venas comitantur, quarum oscula e par uterinum subeunt, eò sanguinem & spiritum vitalem fetus gratia in gravidis deferentes.

4. Habet & nervos exiles plures retis modo inter se impleticos partim à sexta conjugatione, partim à medulla lumborum &

ossis sacri eo descendentes, ut uterus sentiat, moveatur, & in coitu voluptatem percipiat. Unde mira uteri & cerebri præsertim posticis sympathia, immo uterus toti corpori venis, epatis, arterijs, cordi, nervis, sexta conjugationi nervorum & spinali medullæ connectitur, itē per villos multos cum intestino recto, vesice parte anteriore, ossi pubis; posteriore vero ossi sacro, ilio & lateribus undiqueq[ue] ijs que ab osse sacro, & coxis cernuntur alligatur; nec non per vincula quatuor duo superiora, duo inferiora, reperiuntur laxa ut moveri & distendi facile possit.

5. Præterea musculos Vesalius utero tribuit duos utrinq[ue] lateribus fundi annexos, quorum beneficio uterus & testes non nihil sursum moventur, dum mulieres illa contrahunt, & uterum profundius quasi in peritonai cavitatem allicare student.

6. Oriuntur hi musculi ex membranis peritonai, quæ vasa adducunt ad fundum uteri & testes sustentant exteriorem, tandem uteri tunica procreant & ex carneis fibris, quibus membranae illæ circanter fundum intexuntur, fiunt. Eadem membranae sine tamen fibris carneis secundum cervicis uteri latera excurrunt, & uterum laxè peritonaeo alligant.

7. Musculos illos Vesalius aliquando opinatus est cornua esse matricis, quæ sunt appendices à lateribus fundi uteri.

8. Usus horum musculorum est attrahere & retinere semen, & deinde factum expellere. Ceteri motus uteri ut ascensus, descensus, prolapsus, aut exitus, contorsio in latius; utero nata & ovum accidunt à causis vel internis vel externis, quando nim. humor aut vapor aut odor aliquis ipsi utero molestus est, vel membrane quibus nexus est laxiores aut breviores fiunt, quam par est: vel cum externa quadam violentia de sede sua depellitur. Sed de his suo loco plura.

9. Præterea uterus totus quatenus pars dissimilans dividiri potest, in 4. partes in fundum, os seu orificium, cervicem seu collum, pudendum seu orificium collum.

10. Fundus

10. Fundus est pars uteri in qua fætus ex semine concepto, generatur, alitur, vivit, augetur, & conservatur. Pars huius exterior brevis, equalis & veluti aquo humore oblitus: Interior rugosa est, ut scrotum.

11. In hoc una est cavitas, contra illos qui plures defendunt, divisa in duas partes seu sinus mamillarum numero respondentes, nullo septo interposito, sed linea mediata, dextrum (que masculis) & sinistrum (quem fæmellis attribuunt) in unam desidentes angustiam, quam cervicem uteri nominant.

12. Ad latera vero fundi emicant processus duo, quos cornua vulgus vocat, propter vas a ejaculatoria, quæ in his reperiuntur, & primus Diocles nequam dicit & usque ad quod cornuum recentrum rumpentium speciem referant, appellavit Laur. lib. 7. c. 12.

13. Secunda pars uteri est ingressus in fundum uteri Hipp. σόρα τὸ υσέων vel τὸ μητρέον uteri, Galenus internum orificium nominat, per quod menses evacuantur, semen virile concipit, & fætum in lucem educit, habet acutum sensum, unde in coitu debiscit ad venerem, vel ad summum huius appetitum & desiderium: Et ubi conceperit mulier connivet, adeò ut nè minimum quidem ab internis foras relaxet, aut foras intro accipiat: In partu vero plurimum distenditur, ut fætus in lucem edi possit. Preterea notandum ex Vesalio quod substantia, os uteri efformans diu ante partum incrassescat, auctaq; veluti reduplicetur ac multis profundis rugis ornetur, & ipsum deniq; orificium sensim debiscens in sui medio viscidum quoddam corpus oblongum & crassum instar Smegmatis contineat, idq; à natura ad id factum ut in partu satis oportune extendi valdeq; capax possit edere fætum.

14. Tertia pars est cervix uteri, in quam mentula immititur, quam Galen. communiter 14. usu part. 3. ἀντλίῳ τὸ μητρᾶς nonnunquam ut 15. de usu part. 3. περιχυλον, id est, collum vocat, cui οἱ σόμαχοι 14. us. part. 4. dicitur. At Aristoteles lib. 3. de hist. 1. μητρᾶς κανδὸς ηγετούσας, id est, matrix, cervix &

ostium uteri dicitur. Hac parte intelligimus totum id, quod ab ore interno ad pudendum, & vulvam usq[ue] protenditur, unde ob id pudendum dictum est.

15. Longitudinem huius aiunt in mulieribus etate profectis quatuor fere digitorum mensurâ protendi, in coitu tamen & partu brevius effici, cervice nimirum extorsum urgente in cuius medio membranulam nonnulli ponunt, quam in virginibus primo concubitu profuso sanguine disrumpi arbitrati sunt, unde vulvâ vocant & cantum hymenatum, quem olim ante conclave ubi primum conjuges congregabat canebant: Verum potius cervicis latera non venerem expertis duntaxat conglutinata, quasi connivent, quævi in prima concubitu divelluntur absq[ue] invicem haud sine dolore & quandoq[ue] cum sanguine. Sed de hac questione consulite Severini Pinai Regij Chirurgi Medici libellum doctiss. de notis virginitatis, in quo diligentissimè hæc pertractatur.

16. Ultima pars pudendum est muliebre, vel externum orificio cervicis uteri. Ideoq[ue] est ea pars uteri, in quam cervix uteri definit, circa quam partem plurimæ partes citra dissectionem conspicuntur, ut in extremo uteri externa conspicuntur carunculae nonnullæ, quæ à frigore & injurijs externis matricem defendunt. Mox in apice inter rugas carnosas apparet κλιτος Grecis dicitur ab obsceno verbo κλιτης Columb. dulcedo amoris, Laur. mentula seu penis fæmineus vocatur.

17. Constat ex duobus corporis nervosis spongiosis musculo parvo, & duabus erigentibus ut spiritu affluente extendi dissipato flaccescere possit. Caput huius cute tenuissima instar præputij tegitur, habet & foramen sicut glans sive caput mentule, non tamè pervium. Ideoq[ue] in hoc & magnitudine à virili mentula differt, per eius dorsum vasæ feruntur non secus ac per mentulam sive penem viri. Hæc particula sive κλιτος aliquando ita excrescit, ut mulieres vel ancillæ ea se se mutuo fricent, sed absq[ue] seminis perfusione,

scione, attamen cum magna virium dejectione, quas tribades seu
fricatrices dicunt, ut haberet Maril. in Tribadum historia. Et ego
vidi pueram cuius uirilis extrarimam vulva penis parvi instar
pr pendebat. Usus huius particulæ agnoscimus ut perficata tor-
pentem facultatem excitet, hinc recte dicitur amoris dulcedo.

Deinde due membrana latiores & longiores quoq; prope fo-
ramen ex quo menstruum expurgatur, occurunt & sunt partim
carnosa partim membranosa molles & fungosæ. Harum usus est
uterum ab aere, vel ab alia injuria externa defendere.

Tandem Labra sequuntur & sunt partes propendentes vul-
ve exteriores, que pilis in maturis integuntur, tum ob loci calidi-
tatem, tum vaporum effluxum, & haec partes duæ constituant pu-
dendum muliebre.

De Accidentibus.

1. Testes muliebres siti sunt ad uteri latera utring; unus.
2. Minores sunt virorum testibus & duriores.
3. Forma horum oblonga.

De Utero.

1.

SItus est uterus inter vesicam & rectum intestinum huic fortè
toti incumbit; vesicam autem juxta umbilicum, ubi fundum
ipsius est, magna ex parte sustinet juxta pudendum; vesica uteri
corpus cervice sua excedit; unde verè homo inter stercus & urinam
natus esse dicitur.

2. Magnitudo huius pro etate & corporis constitutione natu-
rali varia est; multò enim minor eius que peperit, quam pregnan-
tis. Nam post partum semper matrix vesicam excedit. Contra in
virginibus aequalis vesica est.

Figu-

Figura toto corpore vesice respondet, si apices, quos cornua vocant excipias.

Figura hæc ventrem inferiorem ventriculo & non nullis membranis inanitum proponit, quò vasa generationis rectius conspiciantur.

- A. Mamillarum venæ humeraria propagines.
- B. Venæ mamillarum axilaris venæ rami.
- C. Corpus mamille præcipuum.
- D. Glandulae ac adeps undecunq; corpori illi glandoso ac C. insignito adstructæ.
- E. F. G. H. Peritoneum, infra supraq; reflexum.
- I. K. Vasa sub osse dependentia.
- L M. N. Iecoris gibba L. Cavaq. M. N. sedes.
- O. Venæ portæ caudex, hic simul cum vasis ipse at tensis prefectus.
- P. Vena cava.
- Q. Arteria magna.
- R. Arteria venam venam portæ comitantis radices.
- S. Principium venæ pingueum sinistri reni tunicam implicantis.
- T. Vena ac arteria dextro reni serosum humorum deferentes.
- V. Vena ac arteria sinistro reni serosum humorum deferentes.
- X. Princi-



- X. Principium venae pinguem dextri renis tunicam adeun-
tis.
- T. Dextri renis anterior facies,
- Z. Sinistri renis anterior facies.
- a. a. b. Meatus à dextro rene urinam in vesicam dedu-
cens, & humilius (A)effractus: portio autem hu-
ius meatus reliqua, ac vesice adhuc continua-
(b) instigatur.
- c. c. Meatus urinam à sinistro rene in vesicam deferens,
- d. d. Dextra seminalis vena.
- e. Seminalis vena sinistrum petens testem.
- f. Seminalium arteriarum ortus.
- g. h. Progressus utring harum arteriarum.
- i. K. Uteri vasa.
- L. Cervix uteri.
- m. Intestini recti portio.
- n. Uterus.
- a. B. Vesica fundum.
- y. d. Cervix vesice juxta d. pudendo inserta.
- x. Uteri cervicis pars supra pudendum.
- e. Carunculae cuticulares pudendi in quorum medio rima,
utring vero colles apparent.

D

Hæc

Hæc Figura uterum cum suis vasis
exhibet.

- a. b. *Vasa spermatica.*
- c. *Commisso vasorum spermaticorum.*
- d. d. *Surculi vasorum spermaticorum*
qui in fundum uteri disseminantur.
- e. e. *Testes mulieris.*
- f. *Portio intestini recti.*
- g. *Vasa deferentia.*
- h. h. h. *Fœtus mulieris uterus.*
- i. i. i. *Uterus quadrifarium sectus,*
ut facies eius inferior appareat.
- k. k. *Exterior fœtus involucrum.*
- l. *Carnea moles illi annata.*
- m. *Cervicis uteri pars.*
- n. *Vasa inferiore partem uteri cervi-*
cem & finum implicantia quorum
origo est, ab ijs ramis, qui utring, ad coxis & crura conten-
dunt.
- o. *Collum vesice.*
- p. *Vesica urinaria.*
- q. *Begnées sive caniles urinarij in utrumq; latus abiecti.*
- r. *Oscervicis uteri.*
- s. *Exstantes colliculi eiusdem, juxta quos labiorum modo*
margines orificium ambiunt.



De Involucris.

DE his involucris varie sunt sententiae Gal. & Vesal. tria
sunt. Fallop. duo. Laure. in brutis tria: in homine vero duo
inventi afferit, cuius sententia & nos subscribimus, & dicimus
unum externum, alterum internum esse, illud χώριον, hoc vero
άυριον dicitur.

χώριον

X̄ωριον est universa & valida tunica sive membrana, omni ex parte fætum ambiens, hinc x̄ωριον, fortasse dicitur x̄ωριον aut quod circuli, aut corona instar fætum ambiat, & huic quasi locum deet, aut quod fætus sit x̄ωριum, id est, conceptaculum, aut quod ei x̄orix̄ id est suppeditet, alimento, ut pulchri Laurent. disputat, lib. 8. c. 5. Accrescit huic in volucro sive integumento foris quadam eius parte carnosum, quid, tienis carnem specie sua referens, quod vasa continet ex utero ad x̄ōrīa ducta. Cum enim semini in utero membranula ut pulti refrigerato obducitur, vasa uteri oscula sua, aperiunt, membranamq; minis amplectuntur, atq; ita osculis illis nova vasa ex semine accrescunt continuum cum uteri vasis nexum habentia, quæ sensim in chorij externa superficie versus Centrum quasi colliguntur, in duas venas, totidemq; arterias, ex quibus umbilici fundus necditur. Ut igitur hæc vasa parti alicui adherere possint, condita est massa illa carneæ, que & simul x̄ōrīo utero glutinis modo validissime annexit, atq; ita fætus ab ipsis vasib; per medium hanc carnem in utero suspenditur. Nonnulli hanc carnem Epar uterinum nominant; Fallopius placentam appellant; quod rotunda tali specie chorio in utero humano incumbat. Nam in Canino corpore massa illa carneæ velutiliatior fascia medium x̄ōrīo ambit; in vaccino distinctæ plures eiusmodi masse reperiuntur.

Quanquam autem apud Hippo. legitur in libro de natura puerifætum in utero alimentum per os assumere. Et in libro de carnibus, eundem ex utero matris sugendo alimentum & Spiritum trahere: tamen Anatomici omnes testantur fætum perfuniculum, umbilici ali, Spirituq; refici. Nam, duæ vena quæ ad funiculum eius nexus concurrunt una tandem siunt, quæ per fætus Epati eiusdem committitur, ideo matres plus etiam diligunt sobolem quam patres, quia matres plus con-

ferunt fœtui alendo & augendo eum de suo sanguine, & tanquam partem sui corporis propriam magis cognatam sobolem magis diligunt.

Duae vero arteria secundum vesica fundi latera descendentes supra os pubis aorta ramis femora petentibus inseruntur, quae ratione venarum & arteriarum motus & sanguinis etiam ac spiritus cum fœtu per umbilicum fit communicatio. Quemadmodum fœtui etiam respirationem in utero tribuunt, qua sit per umbilicum (ut placet nonnullis) quando huius beneficio cum alimento Spiritus advehitur in venam cavam, & aortam infantis, unde respiratio. Edito postea fœtu meatus eiusmodi ita concidunt, ut vestigium eorum non appareat.

Est & ille funiculus ita laxus & longus nodosus aliquot distinctus, ut cum fœtus in luce prodijt, reticito in eo appendice medicoci, præcidi possit & soleat, qua est ομφαλοτρία apud Platonem & præcipua quondam obstetricum ars habita fuit.


Ex crescente sic de chorio umbilici funiculo occurrit à fœtu & ex eis meatus, nempe ex fundo vesica fœtus, sursum ad eius umbilicum urina deducenda gratia, emissus, qui cæteris umbilici vasibus conjungitur, donec extra æquor aut secundum involucrum evanescatur. Tunc enim extremitas eius in vesicam, quandam definit qua inter æquor & æquor, interiecta urinam fœtus excipit eamque continet. Cuius tamen (sc. urine) parum colligitur quia sanguis, quo fœtus nutriendus est maxima parte à serosa superfluitate purgatus est perrenes, & vesicam matris, hac nonnullis allatoideis est, sed inter involucra non rectè numeratur, cum fœtum non ambiat.

Externum involucrum est membrana fœtum proximè ambiens, molle, tenuis & pellucida, paucis & exilibus venis & arterijs, sicuti alba oculi tunica intertexta inter fœtum & involucrum colligitur, atque ne noteat sudoris acrimonia fœtui, lenti illis soribus cutem fœtus natura obducit, qua per insensibilem transpirationem alioquin dissipari aut inducere detergi solent. Unica plerumq[ue] est,

etsi

etsi in quibusdam gemina reperitur, qui & interiorem secum in lumen afferunt, atq; sic galeati aut vittati nuncupantur, solche Kinder die Hauben mit auss die Welt bringen/ ac singulari felicitate fortuna esse præ alijs vulgo judicantur. In animalibus quoque plures edunt fœtus singuli suis peculiaribus integumentis obducuntur, quod & in mulieribus fit, quando gemellos non monstrosos pariunt.

Hæc Figura ostendit secundas à matrice avulsa parte postica, fœtumq; illis adhuc involutum.



I. Secundina.

K. K Tunica exterior fœtus, cuius extimæ parti adhærescunt secundæ.

2.

Involucrum monstrat, quo lotum fœtus, toto gestationis tempore asservatur.

L. L. Membrana sua involucrum fœtum extrinsecus obvolvens, cuius parte posteriore secundina coalescunt.

M. Pars eius inferior.

N. Vas umbilicale.

O. O. Interius fœtus involucrum òpere.

3.

Hæc Figura fœtum omnibus suis tunicis liberum itaq; jacentem extixit.



P. Q. R. Exterioris involucri externa

P. internaq; Q. sedes cum carne. R. illi adnata.

S. T. Vasorum series juxta T. in unum vas collecta.

V. V. Exterior inferioris involucri sedes.

X. X. Interior eiusdem sedes.

T. Ves umbilicale fætus umbilico insertum.

Z. Fætus uti in utero jacet complicatus.

Q V A E S T I O.

Num semen sit animatum?

De hac questione inter Medicos & Philosophos variae sunt sententiae Gal. lib. de maras. non solum satetur animatum, sed & vivum; dicens vivorum tria sunt genera, animalia, plantæ, semina, cum tamen Peripatetici vivum de solis efferant animalibus. Aristoteles verò lib. de gener. anim. c. 3. & 4. adscribit illi vegetabilem animam, & eam non actui instar formati jam corporis, sed in potentia actui propinquissima. Ratio quia preter actum Peripatetici tres potentias agnoscunt. Prima est potentia remotissima, & materialis dicitur, ut insans est potentia Logicus. Secunda actui vicinissima qua formalis vocatur, ubi effectum, principium adest, ut, quando voluerit Logicus possit disputare. Tertia composita media, ut vir licet non sit Logicus: virtus tamen habet potentiam ad orandum. His ita explicatis potentias, dicimus animam vegetabilem in semine esse in formalis potentia & quidem ita, ut citra alterationem propriam, & citra acquisitionem activi principij ubi obtinuerit commodum locum, & matrem operari possit, actu vero quatenus animus consideratur, non operari. Sicuti Logicus dormiens in potentia actui propinquissima est Logicus, is verò qui contemplatur actu Logicus est, & quemadmodum anima est actu primus, non secundus, vel quod id in est potentia ad functiones, collata ad actu secundū, id est, ad functiones, ita anima seminis collata ad vegetabilem & animalium jam formatorum animas, potentia est, nondum actu primus, qualis est illorum anima actu jam alens & opera vita exerceat. Sed de hac questione alio tempore plura.

Laus D E O.

✓ **W**erden **L**ett. **M**elior **M**itglieder

DR. MAUDUIT LIBR. D'ETAT MELUNNE ET VILLE

UB 662

Wissenschaftliche Universität Sachsen-Anhalt

ULB Halle
005 136 865

3



1017

h

Dicitur
De te dico ad fratres omnia nesciis de fratre
Qui confessione patre uides et gratias tene
sies tu scias et ego per omnia omnibus placueris
meum quod in iste est ergo plimultus et si

In sancti **Lipplini** videremus

Et istantes me esse sicut et ego ipse in uita
ante res sanas et per misericordiam meam

et sicut timidi uobis parvulus me tenetis

Q[uod] solo aut res sine quod omnia omni caput ipse

est caput ut nubiles et caput per ipsius

omnes et omnia cui aperte relata caput

aut ipse caput suum dicitur ut nubilus omnis a

libi natus non vel in capite dicitur omnis caput suum

Quoniam et enim a similitudine et semper si non

celer et mulier. Perindeat et iure turpe est

multum condere et uniuersum vel et omnis res

U[er]o Iuda non dicit velare caput suum qui

princeps est ergo cui in similitudine agnoscitur

U[er]o eni[m] ut et mulier se nubilus et

deus Et enim non scripturis omnis pater nubilus

Et nubilus est pater omnis. Hoc dicit nubilus et

lamen huius et super omnia pater nubilus

Enim nubilus est pater omnis et pater nubilus

Enim vero in mundo et omnis sicut nubilus

